

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Sanctos Mensivm || Martii Et Aprilis

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10259

XXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77384](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-77384)

DE SS. MARTYR. PRISCO, MALCHO ET ALEXANDRO.

441

animos confirmabat, inter sanctas illorum miserè plorantibus manus emisit spiritum. Eccl. Obit S. Ru-
cè autem dum lugent discipuli, coetus angelici à quibusdam audiuntur religiosis viris, pertus.
cum cantibus caelestibus animam sancti viri ad illam beatam Hierusalem perferentes.
Cumque eius sacratissimum corpus ad sepulcrum apportaretur, vix sunt viri splendi-
dissimi, candidissimi amicti stolis: qui peractis ijs, quæ ad funeris curam pertinent, dis-
paruerunt: quos quidem nemo dubitauit angelos fuisse, atque idcirco apparuisse, vt
omnes intelligerent, qua ille beatitudine frueretur in celis, ad cuius sepulturam etiam
angeli non deditarentur adesse.

O felicem Iuuauensem urbem, tam insigni munitam patrono: quæ et si mirorum
ruinis videatur despabilis, at illius meritorum lumine egregie clarescit. Denique tan-
ti viri intercessione fulti gaudent Norici omnes, & præpotenti Deo perpetuas offerunt S. Rupertus
laudes, qui tam præclarum ipsis contulerit doctorem, cuius doctrina & prædicatione doctor No-
viam veritatis agnoscentes, eripi sint de tenebris, & perduci ad Christum lumen ye-
rum, viuentem & regnantem in infinita seculorum, Amen.

DE SS. MARTYRIBVS PRISCO, MALCHO ET
ALEXANDRO, EX HISTOR. ECCLESIAST. EVSE-
by lib. 7. cap. 11. interprete Ioanne Christophorono.

Nhac persecutionis clade, quam regnante Valeriano paucim manas. 28. Martij.
se suprà demonstratum est, tres viri ob veram Christi confessionem
insigniter prædicati, Cæsareæ Palæstinæ bestiarum rictibus velut præ-
da obiectati, diuino & cælesti martyrio non sine maxima commen-
datione decorati fuerunt. Quorum unus Priscus vocabatur, alter
Malchus: tercio nomen erat Alexander. Fertur vero istos ruri degen-
tes, primum scipios tamquam inertes & desides probris affecisse, quod
cum temporis opportunitas præmium vita æternæ his, qui cælesti eius desiderio glisce-
bant, dispertire videretur, ipsi præ negligentia quadam & segnitie, martyrij coronam
non praripiuerint. Deinde cum inter se ita deliberarent, absque mora Cæsaream versus
ire pergunt, exemplò proficiscuntur adiudicem, & eius vita exiitum, qui suprà demon-
stratus est, assequuntur.

DE GVNTRAMNO sancto rege Gregorius Turonensis lib. de Gloria Marty-
rum, cap. 76. sic scribit: Cum autem Guntramnum rex ita se spiritualibus actionibus
mancipasset, ut relictis seculi pompis, thesauros suos ecclesijs & pauperibus erogaret,
accidit ut misso presbytero munera fratribus, qui Sanctis Agaunensibus deseruiunt, ex
voto transmiseret: præcipiens presbytero, ut ad eum rediens, Sanctorum sibi reliqui-
as exhiberet.

MARCI ARETHVSII EPISCOPI ILLVSTRE MAR-
TYRIVM, AVTHORE D. GREGORIO NAZIANZENO ORATI-
ONE INUETIUA PRIMA IN IULIANUM IMPERATOREM: INTERPRETE VERO DOCTISSIMO VIRO IACOBO BIL-
LIO PRUNEO, S. MICHAELIS IN EREMO ABBE. HABENT AUTEM PLERAQUE ETIAM THEODO-
RETUS HISTOR. ECCLES. LIB. 3. CAP. 6. & SOZOMENUS EIUSDEM HISTORIE LIB. 5.
CAP. 19. IN VERSIONE IOANNIS CHRISTOPHORONI
ANGLIE EPISCOPI.

AM vero id, quod eximio viro Marco Arethusio accidit, 29. Martij.
quis tam ab orbe nostro remotus, ut ignoret, ac com-
memorantem narratione non anteuerat? Hic cum, egregio
illo Constantio Imperante, pro ea licentia quæ tum Christianis concessa fuerat, domicilium quoddam dæmonum
euerisset, ac multos Christianos à gentili errore ad salu-
tem non minùs vita splendore, quam dicendi facultate tra-
duxisset, iampridem odio atque indignationi Arethusijs
erat, vel potius Arethusiorum impiissimo cuique dæmo-
numq; amantisimo. Posteaquam autem, mutatis Christia- De Juliani
norum rebus, gentilium restumere cœperunt, temporis Apofataz
Imperio di-
poten- cit.

potentiam & tyrannidem non effugit. Multitudo quippe, etiamsi in præsens iras cupidoresque suas coercent, (quemadmodum ignis in materia latitans, aut amnis violenter inhibitus) occasionem naeta, succendi atque erumpere consuevit. Quo circè cum populum aduersum se incitatum, nec moderati quicquam vel cogitantem vel comminantem cerneret, primum conscienda fugæ consilium init, non tam ignavia fractus, quæm præceptio illo permotus, quo è ciuitate in ciuitatem fugere & persecutoribus cedere subemur. Neque enim Christianos, quantumvis forte ac singulari tolerantia præditos, sua tantum salutis rationem habere oportet: sed persecutoribus quoq; confidere, vt nè, quantum in ipsis est, ad hostile periculum ex ipsis aliquid conferant. At postquam multos propter se duci atque abstrahi, multos etiam propter persequentiū crudelitatem in animæ periculo verfar intellexerat, non sustinuit vir eximius alios ob suam fugam cautionemque periclitantes negligere: ac proinde præstantissimum maximeque philosophicum consilium capit. Ex fuga enim redit, seque ylro plebis arbitrio tradit, atque aduersus temporis difficultatem instruitur. Hic vero quid acerbitas aberat? quid non etiam atrocis excogitabatur? alijs aliud quippiam ad viuū mali concentum afferentibus, nec tortoribus, si nihil aliud, at illius certè patientiam veneracione prosequenteribus, immò magis etiam excandescentibus: quod illius redditum ac præsentiam, non tam fortitudinem aduersus pericula, quæm contemptum sū interpretabantur.

Ducebatur facrosanctus senex, athleta spontaneus, per medium ciuitatem, omnibus præter persecutores & carnifices, tum aetate venerandus, tum vita probitate venerabilior. Ducebatur porrò ab omnibus, cuiuslibet ætatis & conditionis ac fortunæ, omnibus æquè urgentibus, viris & mulieribus, adolescentibus & senibus, ijsque etiam, qui vel publica vrbis negocia administrabant, vel dignitate aliqua insignes erant. Atque hoc evnum certamen cunctis propolitum erat, ut furoris aduersus senem immanitate sese mutuo superarent, omnibusque pietatis pars existimatabantur, quamplurimis cum cruciatibus afficeret, pugilemque senem vincere, aduersus totam ciuitatem de-

certantem. Raptabatur per plateas, protrudebatur per cloacas, crinibus & quavis corporis parte (admixta nempe tormentis contumelia) ab ijs trahebatur, qui in Mithrae sacris huiusmodi suppliciis iustè diuexantur. A pueris ad pueros pendulus remitebatur, cultris pennarijs generosum illud corpus suscipientes, atque hanc tragediam pro ludicro habentes. Quibusdam etiam tormentorum instrumentis tibiae illius ad ipsa vsque ossa comprimebantur: lineis filis aures absicindebantur, & quidem tenuissimis & firmissimis, ipso interim sporta in altum sublati. Melle & iuscule vndique perfus, ab apibus & vespis meridie pungebatur, ardentissimo sole lucente: atque huic quidem carnes colliquante, illis autem beatarum illarum carnium (non enim dixerim nisi serarum) esum acriorem efficiente. Hic enim uero, ut hoc quoque literis mandem, se nex ille, idemque ad certamina iuuenis, (nam ne in formætis quidem frontis animiq; latitudine reliquerat, verum supplicia etiam ipsa irridebat) celebratum illud & memorabile dixisse fertur. Omen illud sibi placere, quod sublimem se perspicaret, illos contra abiectos humique depresso. Vsqueadèo superior ijs erat, à quibus tenebatur, adeoque à doloribus & molestijs remotus, non aliter acsi alienis periculis interesset, suppliciumque suum pompa, non calamitatem, existimaret. Et quidem cui non haec virtutis præstantia religionem & reuerentiam inieceret, etiam mediocri lenitate atque

humanitate præditorum? Sed illis hoc non licuit per tyrannidis turbinem, Imperato risque cupiditatem, tum à populis, tum ab vrbibus & præfectis crudelitatem exposcentis, etiamsi plerique secus videretur, malignitatis illius & peruersitatis arcana ignorantibus.

Hæc firmus senex & constans pertulit. Si causam queris, ut nè nummū vnum aureum tortoribus suis projiceret. Ex quo perspicue intelligi potest, eū pietatis causa cruciatus tolerasse. Nam quandiu Arethusi, æstimate euersi fani precio, tota auri summa pe- tebant, aut ipsum certè delubrum instaurare iubebat, videri poterat id circō potius ob- sistere atque in contrarium obniti, quod iussa exequi atque explore non possit, quæm quod pietatis studio flagraret. Postquam autem tolerantia sua eos paulatim vincens, atque ex æstimatione semper aliquid detrahens, eò tandem rem adduxit, ut perquam exiguum esset id, quod à se postulabatur, idque persoluere facilimè possit, parique certamine inter se contendere: illi ut vincerent, hic nè vinceretur: hoc est, illi ut vel tantil- lum pecuniæ acciperet, hic nè quid omnino numeraret: (quanvis alioquin multi essent,

Matth. 10.

Vlro se
offert ad
supplicia
vir sanctus.

Immanassi-
ma clarissi-
mi fenis
supplicia.

Fortitudo
eximia in
tormentis.

Italiani in
Christianos
fauitia.

DE S. CYRILLO MARTYRE.

443

qui partim pietate adducti, partim iniusta & inexpugnabili eius fortitudine moti, ampiorem etiam summam erogare pararent) tum vero liquidò declaratum est, cum non pro pecunijs, sed pro pietate certamen iniisse. An vero haec lenitatis & clementiae argumenta, an contra furoris & crudelitatis argumenta sint, nobis exponant, qui philosophum Imperatorem suspiciunt atque admirantur. Ipse equidem neminem fore existimo, cui iusta & vera sit defutura sententia. Necdum illud adieci, hunc ex ijs vnum fuisse, qui impurum illum & nefarium, tum cum genus ipsius totum periclitaretur, servabant, sicutimque subduxerant: quo etiam solo nomine meritò fortasse haec perpetiebatur, ac plura perpeti merebatur, quod tantum malum vniuerso terrarum orbi imprudens seruasset. Quo circà is, qui tum Praefecti munere fungebatur, his rebus commotus (quoniam enim religione gentilis, moribus tamen gentili sublimior erat, ac praelarisimis & laudatissimis tam veteris, quam nostrae memorie viris comparandus) multiplicem hominis excruciationem tolerantiamque non ferens, illud ad Imperatorem magna cum animi libertate dixisse memoratur: An non pudet nos, Imperator, vsque adeò Christianis omnibus inferiores esse, vt ne seniculum quidem vnum superare queamus, idque per omnia tormentorum genera grassatum? & quem vincere haud magnum & honorificum, an non extremae calamitatis est, ab eo victos discedere? Ita ijsdem rebus, vt apparet, hinc Praefecti erubescabant, hinc Imperatores gloriabantur. His porro quidnam miserius, non tam patientibus, quam facientibus, contingere potuit? Atque Arethusiorum quidem facinus ad hunc modum se habuit, vt iam parua sit Echeti & Phalaridis crudelitas, si cum illorum immanni sauitia conferatur, vel eius potius, quo auctore & impulsore haec committebatur: siquidem seminis sunt germina, & venti naufragia. Hactenus ex Nazianzeno. Porro Theodoreus lib. 3. cap. 6. Hist. Ecclesiastice, ait Arethusios tandem euictos, beatum virum dimisisse, cum eius admiratos fortitudinem & constantiam, tum mutata sententia, ad rationem vita penitus contrariam traductos: siquidem ex eius ore veram pietatem postea didicisse.

DE CYRILLO DIACONO ET MARTYRE,

EX HISTOR. ECCLESIAST. THEODORETI

lib. 3. cap. 6. interprete Ioanne Christophorono.



V AE maleficia hi, qui fallo simulacrorum cultu tenebantur obstricti, id temporis (sub Juliano Apostata) admisserint, quoniam permulta sunt, & opus separatum postulant, ego tamen ex multis pauca sumam mihi ad comedere, morandum. Ascaloni & Gaza, quae sunt vrbes Palastinae, primum virorum sacerdotij dignitate exornatorum, & mulierum perpetuam virginitatem professarum ventres discindunt, deinde farciunt hordeo: ad extremum eos porcis deuorandos obiiciunt. Scabiae item, quae est vrbis ditio- ni gentis, de qua suprà dixi, subiecta, Ioannis Baptista tumulum aperiunt, ossa tradunt igni absumenda, & eorum cineres pañim dispurgant. Scelus autem ab illis in Phoenicia patratum, quis est quoquo, qui sine lachrymis possit commemorare? Nam Heliopoli, quae est vrbis Libano finitima, execrabilis isti gentiles, recordati facinoris Cyrilli Diaconi, qui regnante Constantino, diuino quodam zelo accensus, multa simulacra, quae in ea vrbe colebantur, confregebat, non modo eum interficerunt, verum etiam dissipato ventre, iecur eius degustare non sunt veriti. Verum Deum omnia contemplantem hoc celare non poterant, sed debitas sui maleficij poenas ei dederunt. Nam quotquot illius sceleris labe inquinati sunt,

Martij 29.

Sub Juliano
ut sauerire
gentiles in
Christianos

Cyrilli Dia-
coni horre-
da cædes.

Vltio cæ-
dis.

Dicione
Cyrilli Dia-
coni horre-
da cædes.

De

primum amiserunt dentes, qui pariter omnes ad vnum excidebant: deinde linguis perdididerunt, quae putredine tabefactæ, ex ore effluabant: postrem oculis orbati sunt: quorum calamitatis vera pietatis vis clare praedicata est.

DE SS. ARMOGASTE, ARCHIMINO ET SA-
TVRO, EGREGIIS CHRISTI CONFESSORIBVS,
ex libro I. Victoris Episcopi Vicensis De persecutione Vandala.

29. Martij

Hab es hic
parentes
haereticoru
nostru rem-
poris.

Armogastis
Comitis di-
ri cruciatu



Libi, sicut Thunazudæ contigit, Galibus vico Ammonia, vel alijs in locis, tempore quo sacramenta Dei populo porrigeabantur, introeentes (Arrianii) maximo furore corpus Christi & sanguinem paumentis sparserunt, & illud pollutus pedibus calauerunt. Ipse enim Geisericus præperat, ita persuadentibus episcopis suis, vt intra aulam suam filiorumque suorum non nisi Arrianii per diuersa ministeria ponerentur. Inter alios ventum est tunc ad Armogastem nostrum: cuius cum diu ac sapientis tibias torquento tumentibus confringentur chordis, & frontem, in qua Christus vexillum suæ fixerat crucis, rugatam magisque aratam descendentes atque mugientes ostenderent nerui, vt fila aranearum sancto colum respiciente crepabant. At vbi tortores neruicas chordas disruptas esse viderunt, allatis crebro fortioribus chordis atque canabinis, illo nihil aliud nisi Christi nomen inuocante, illa omnia vanescabant. Sed & capite deorsum dum ad vnum penderet pedem, dormire quasi super lectum plumis stratum omnibus videbatur. Quem cum Theodoricus regis filius, qui eius dominus erat, pœnis non valentibus, capite truncari insisteret, à suo prohibetur Iocundo presbytero, dicente sibi: Poteris eum diuersis afflictionibus interficere. Nam si gladio peremeris, incipient Romani martyrem prædicare. Tunc Theodoricus in Byzacenam prouinciam ad fodiendas eum condemnat scobes. Postea quasi ad maius opprobrium haud procul Carthagine, vbi ab omnibus videretur, pastorem cum præcepit esse vaccarum.

Inter hæc, Domino reuelante, cum dormitionis suæ proximum cerneret diem, aduocat quendam Felicem venerabilem Christianum, procuratorem domus filij regis, qui Armogastem vt Apostolum venerabatur, dicitq; illi: Tempus meæ resolutionis aduenit: obsecro te per fidem, quam vtriq; tenemus, vt sub hac siliqua arbore me sepelire digneris, redditurus Domino nostro nisi feceris rationem. nō quod ille curaret, vbi aut qualiter suum sepeliretur corpus, sed vt illud demostraretur, quod seruo suo reuelauerat Deus. Respondit Felix, & dicit: Absit à nobis, confessor venerabilis: sed sepeliat in una basilicarum cum triumpho & gratia quam mereris. Cui beatus Armogast: Non, sed quod dixi facturus es. Ille timens Dei hominem contristare, vera citer quod iussiferat promisit esse facturum. Statim intra paucissimos dies Comes bona confessionis de hac vita migravit. Festinauit Felix sibi delegatum sub arbore fodere sepulcrum: cui cum intextæ radices & soliditas arida telluris moram facerent, & labore angeretur, quod tardius sancti membra corporis humarentur, tandem ab scissis radicibus, multò altius reperto cōdatur.

Armogastes
decedit, &
in marmo-
reo farco-
phago mir-
repto cō-
repto datur.

Archimini
constantia.

Vide homi-
nem mali-
gnum.

Satur⁹ egre-
gius Christi
confessor.

Sed nec quendam Archimini nomine, Masculinū debo præterire: qui cum multis insidijs premeretur, vt catholicā omitteret fidē, ipse cum rex postea blandiendo affabibus secularibus inuitabat, promittens multis cum diuitijs cumulandum, si voluntati eius auditum facilem commodāset. Qui cum fortis atque inuictus maneret, iubet eum sententiam subire capitem: ita tamen callidus occultè præcipiens, vt si in illa hora vibrantis gladij pertimesceret ictum, magis eum occideret, nè martyrem gloriosum fecisset. Si autem forte in confessione consiperet, à gladio temperaret. Sed ille vt columna immobilis Christo solidante fortis effectus, confessor reuertitur gloriosus. eis martyrem inuidus hostis noluit facere, cōfessorem tamen nostrum non valuit violare.

Nouimus & alium ea tempestate, nomine Saturum. Qui cum lucidum esset membrum Ecclesiæ Christi, & prauitatem Arrianorum libertate catholica frequenter argueret, (Fuit hic procurator domus Hunericæ) conuenit, accusante Mariuado quodam Diacono, quem Hunericus infastus singulariter honorabat, vt fieret Saturus Arrianus. Promittuntur honores & diuitiæ multæ, si faceret: præparantur supplicia dira, si nolle: Hac optione proposita, vt si regalibus iussis non obediret, primò facta difficultate, & antè amissa domo vel substantia, distractis omnibus mancipijs ac filijs, vxori eius ipso præsente camelario in coniugium traderetur. Quod ille plenus Deo, magis ut ve- lociter

lociter prouenisset impios prouocabat. Ob quam causam vxor eius inducias visa est ab his, qui exequabantur, nesciente marito petisse. Accedit ad maritum alia Eua, consilio vxor eum magistrata serpens. Sed ille Adam non fuit, qui illecebrofa vetitæ arboris poma con-
tingeret: quia non indigens, sed Saturus vocabatur, saturatus ab vbertate domus Dei,
& torrente deliciarum eius potatus. Aduenit mulier ad locum, ubi maritus singularis Grauis ten-
orabat, conscißis vestibus crincque soluto, secum comitantibus filijs, vnamque infan-
tulam, quæ tunc laetabatur, manibus gestans, quæ nescientis projicitur ad pedes mari-
ti. Etiam ipsa suis genua complectitur vlnis, sibilans vociferatione draconis: Miserere
mei dulcissime, simul & tu, miserere communibus liberis, quos conspicis ipse. Non sub-
iacent conditioni seruili, quos claros prosapia reddidit generis nostri. Non subiçiar
ego indigno & turpi coniugio, viuente marito, quæ mihi semper inter coœnas plaude-
bam de Satro meo. Cognoscit Deus, quia inuitus facturus es hoc, quod forte voluntati
aliamenti fecerunt. Cui ille Iob sancti voce respondit: Tanquam vna ex insipienti-
bus mulieribus loqueris. Formidarem mulier, si sola esset huius vitæ amara dulcedo.
Artificio coniunx diaboli ministraris. Si diligeres maritum, nunquam ad secundam Praeclaris
mortem attraheres proprium virum. Distrahant filios, separant vxorem, auferant sub-
stantiam: mei Domini ego securus de promissis verba tenebo: Si quis non dimiserit vox.
vxorem, filios, agros aut domum, meus non poterit esse discipulus. Quid vtrà? Disce-
dente muliere cum filiis refutata, conforratur Saturnus ad coronam, discutitur, expolia-
tur, pennis conteritur, mendicus dimittitur. Interdicunt ei prodeundi accessus: totum
ei tulerunt, stolam tamen baptismatis auferre non potuerunt.

SANCTORVM IONÆ ET BARACHISII MAR-
TYRIVM, AVTHORE ESAIA ADAMI FILIO, EQVITE
regis Sabory, auditore & spectatore eorum quæ fiebant. Habetur
in Simeone Metaphraſte.

SAborius Persarum Rex, XVIII. anno regni sui aduersus 29. Martij.
Ecclesiastis Christi, & eos, à quibus Deus omnipotens cole-
batur, persecutionem exercuit. Iusit enim Magis, vt sancta
Christi templa diruerint, & Christianorum monasteria in-
cenderent. Præterea imperauit, vt Christiani conquereren-
tur, inuentisque cogerentur dijs sacrificare: & qui parerent, Itonz & Ba-
tur, magnis afficerentur honoribus: qui vero parere recusa-
rent, varijs tormentis & supplicijs grauissimis excrucieren-
tur. Eo tempore erant in regione Persarum, in quodam vi-
aco, qui vocatur Iasa, duo fratres Ionas & Barachisius, viri iu-
nitia fideique pleni, qui magna cum reuerentia mandata
Domini obserubabant. Hi sancti, audita Christianorum persecutione, mansionem suam
reliquerunt, & ad eum locum, ubi impij Magi Christianos omnes acerbissime excrucia-
bant, profecti sunt.

Cum autem essent in vico, qui dicitur Bardia boch, & ad carcerem, in quo Christiani inclusi tenebantur, accessissent, orârunt carceris custodem, vt sibi ad Christianos
damnatos ingredi permetteret. Cumq; ingressi essent, nouem inuenerunt viros conde-
mnatos, qui impij Regis Saborij decretis aduersabantur. Cum igitur sancti Ionas & Ba-
rachisius vidissent eos in cruciatibus, & salutâssent, cooperunt illos cohortari ac dicere:
Fratres ac patres, nihil timeamus: sed in nomine Crucifixi certamen vnu sustineamus,
vt coronam assequamur sempiternam, quemadmodum & fratres patresq; nostri mar-
tyrio ipsi quoquæ sunt assecuti. Hac sanctorum Ionæ Barachisijque oratione illi magis
aduic confirmati, sicut mruo cohortabantur, & gratia, vt ita dicam, oleo se vicissim ad
patientiam & tormentorum atq; martyrij perfectionem vngebant & corroborabant.
Sanctorum autem martyrum, qui in carcere vinclati erant, nomina hæc sunt: Zanitas, Nomina 9.
Lazarus, Marothas, Nerses, Elias, Mares, Abibus, Sembeethes & Sabas. Hi pro Christi martyrum,
nomine cum multos cruciatus pertulissent, & in ipso martyrij certamine vita cursum
præclarè confecissent, firmam fidem seruantes, incorrupta atque immortali martyrij
corona magna cum laude redimiti, in celum ad angelorum choros aduolârunt.

Pòst autem quidam Magi sanctum Ionam & Barachisium apud tres Magorum prin-
cipes Masdrath, & Scroth, & Maarnesem, à quibus sancti damnati fuerant, accusârunt,

Pp quod

quod neque immolarent, nec Regis mādatis obedirent, nec Solem, & Ignē, & Aquam adorare vellent: quodque nouem illi martyres eorum sermonibus adducti, regis decretis non obtemperāsēt. Tunc Magorum principes indignatione pleni, eos ad se adduciusserunt, atque ita allocuti sunt: Adiuramus vos per nostrum regem regum Saborium, ut verē nobis ad ea, de quibus fueritis interrogati, respondeatis: Pareatis ne Regis voluntati, & obeditis decretis eius, & adoratis Solem, & Ignem, & Aquam, vt iubet ipse Rex, an non? Responderunt sancti Ionas & Barachilius: Loquemur vobis: Vos autem ita nos audite, vt Principes, & Regis Persarum iudicēs decet. Vos enim de legit Iudices, & omne iudicium suum in manibus vestris collo cauit, vt iuste iudicetis. Nonne debetis, præclarū Iudices, magis quam terrenū regem, timere eum, qui vobis sapientiam & intelligentiam dedit, & Deum, qui cæli & terra atque omnium spirituum imperium habet, agnoscere: quique temporum distinguit varietates, atque omnia moderatur, & vobis prudentiam largitus est, vt iudicetis eos, qui in carne sunt similes vobis? Adiuramus igitur vos, ut verē sincere que dicatis nobis, quem Deum abnegare debeamus: cælestē, an terrenū, & æternū, an caducū? Nos enim credimus in Deum, qui fecit cælum & terram: non autem mortali homini credimus. Neque enim debemus homini credere, qui exiguo viuit temporis spatio, & moritur, ac sepelitur, quemadmodū nos, & in aliorum hominum numero ponitur.

His auditis, Magorum principes vehementer indignati, atque impio furore pleni, quod Rex ipsorum contumeliam esset affectus à sanctis, qui mortalem eum assererent, virgas asperas è malis punicis atque spinosas afferriri iussierunt, vt cederentur. Sed impetrarunt prius, vt separarentur, quod neuter posset, quid ab altero dictum esset, intelligere, atque ita in Christi certamine confirmari. Tum Masdrath, & Seroth, & Maarnesem, tres Magorum principes considentes, vt de sanctis quæstionem haberent, iracundè iussierunt, vt sanctus Ionas solus adduceretur. Quo quidem adducto: Quid tibi, inquit, faciendum sit, dispice. Si deos veneraris & adoras, Solique, & Igni, & Aquæ sacrificas, & quæ à rege regum Saborio iussa sunt, perfidis, liber cum honore dimitteris: alioquin acerbissimis tormentis & supplicijs grauissimis afficiemus. Neque verò putes nos tibi esse inimicos: ipsi enim tibi nihil mali faciemus, nisi tute salutis tuae male consulueris. Respondit sanctus Ionas: Istius, inquietus, ego salutis non ego propter Iesu Christitatem. Præterit enim, nec vñquam permanet. Quamobrem nunquam negabo Dominum meum Iesum Christum viventem in secula, quoniam ipse est spes omnium Christianorum: nec confunduntur, qui sperat in eum. Sic enim nobis pollicitus est: Amen, amen, inquietus, dico vobis, quisquis me negauerit coram filiis hominum, & ego negabo eum coram patre meo, qui in cælis est, & coram sanctis angelis. Veniet enim in nubibus cæli, in gloria patris sui, & angelorum atque archangelorum. Iamque paratus est, vt vnicuique homini reddat secundum opera ipsius. Quæ cùm ita sint, facite in me, quod vobis mandatum est: neque enim putetis, nos domum Dei relicturos, aut ab eo vñ illis territoriis defecturos, qui nobis concessit, vt sanctæ domini eius seruiremus, & nobis dixit: Vos estis lux mundi. & rursus: Vos, inquit, estis sal terra. Quod si sal evanuerit, in quo salientur ea, quæ salienda sunt? Quarè si, vt suadetis, vñstro regi regum obtemperemus, & iussa eius faciamus, non solum negabimus Dominum nostrum, sed causa erimus, vt vos omnes illum negetis, & perniciem omnibus affremus.

Hæc cùm audiissent Magorum principes, ira concitati, iussierunt, vt lege Persica vinciretur. Traiecta igitur virga inter manus & crura, iners humiliacebat vir sanctus tanquam lapis. Ministri autem eum virgis è malo punicis spinosis verberabant, nec prius defiterunt, quam eius lacerata sunt latera. Ipse verò dum vapularet, non repugnabat, sed Deum laudans, dicebat: Gloria tibi, Deus patrum nostrorum, Abraham, Isaac & Jacob, qui eduxisti nos ex hoc mundo, & dignatus es nos ad amorem & fidem sanctam tuam adducere. (Nam per fidem Abraham iusti cognovimus fidem sanctam tuam paucia pro multis patiamur. Et nūc, Domine, da nobis patientiā, vt perficiamus omnia, quæ nobis Spiritus sanctus tuus præcepit: qui & canticum nouum cecinist per os patris nostri Daniidis. Fac nos dignos, qui faciamus ea quæ dieit. Ait enim: Vnam petij à Domino, hanc requiram, id est, vt semper sim tecum, Domine. Hoc mihi, Deus, quod expeto quotidie, per martyrium clargire. Hæc S. Ionas cùm dixisset, magna voce Magorum principibus: Ego, inquit, à rege vñstro peccatore, & omnibus amicis eius, quicunq; sunt enim omnes satanae principes) discedo, & omnes ipsos abnego: & à sole, ac luna, & stellis, atq; igne, & aqua, quos esse deos asseritis, alienus sum, nec cyollo modo illos adoro:

Praeclaræ
SS. Iona &
Barachili
Oratio.

Constantis
sumē respon
der S. Ionas

Matth. 10.
Luc. 12.

Apoc. 22.

Matth. 5.
Ibidem.

Atrociter
flagellatur.

Psalm. 26.

Egregia
vox marty
ris.

oro: sed credo in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, veram Trinitatem, quae seruat mundum vniuersum, fecitq; deos etiam vestros, quos nobis per vim adorados censetis.

Hæc audientes Magorum principes, iusserunt vt pes eius funiculo vinciretur, atque ita in pruinam & glaciem extraheretur, ibique totam noctem iacéret, (erat enim hy- Exponitur algoribus.
ems) obseruareturque, quid frigoris causa ficeret. Ministri fecerunt imperata, & illic eum usque ad sequentem diem reliquerunt, cum iniqui Iudices rursus confidentes in tribunal, sanctum Barachisium adduci imperarunt. Quo adducto, & coram ipsis considente: Quid agis, inquit, Barachis? Immolasne, & Solem, atque Ignem, & Aquam adoras & veneras: quemadmodum & frater tuus Ionas, mutato consilio, fecit, an tormentorum certamen vis in corpore tuo suscipere? Respondit sanctus Barachisius: Quemadmodum frater meus adorauit, sic ego adoro, & veneror, & colo. Vos de ipso s. Barachi fallum retulisti. Nam Veritas non permisit, vt id faceret. Quis enim mentem eius ex-s. Barachi ficio memo-
cæcere potuisset, vt relicto eo, à quo ipse creatus est, adoraret ea, qua creata sunt, vt ho- rabilis,
minibus seruiant? Si adoranda essent, non seruiren hominibus, sed homines illis inser-
uirant. Dedece enim esset igni, si nobis seruili ordine deseruiret. Nunc autem videmus homines non solùm diuites, verum etiam pauperes: non bonos tantum, sed & malos, ignis vt seruatio. Cum igitur ignis constitutus sit seruus noster ab eo, qui fecit illum, ini-
quum est, velle nos cogere, vt ignem adoremus, quem Deus ad humanos vius creauit,
& abnegemus ipsum Deum, qui fecit cælum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt. Aequum est potius, vt gloria, & adoratio, atque omnis honor à Regibus & Princi-
pibus & Dicibus, & omni spiritu, tribuatur ei, à quo & sublimia & profunda facta sunt:
cuius arcana consilia nemo potest comprehendere, neque valet ad sublimitatem glo-
riæ eius peruenire, cum tamen auxilio ipsius egeat omnes filii hominum. Ipse enim alit omnes, nullius indiget, omnia moderatur. Illud tātum à nobis requirit, vt nomen Do-
mini cognoscamus, nec sinamus nos figmentis & erroribus decipi. Sic enim inbet: Nè ^{Exod. 20.}
feceritis vobis idola, nec adoraueritis opera manuum vestrarum, nec ullam aliam rem ^{Deut. 5.}
procreatum. Quoniam ego sum Dominus Deus vester, qui à principio sum, & sine fine
permaneo. Et non est aliud Deus præter me. Et gloriam meam alteri non dabo, neque ^{Esa. 42.}
virtutes meas sculprilubus, neque honorem meum idolis. Ego occido, & vitam præbeo: ^{Deut. 32.}
& non est, qui manus meas possit effugere.

Tunc irati Magorum principes, coeperunt eos admirari & ipsorum constantiam, ac Magorum dicere: Nè iudicemus illos hoc tempore, nè quis eorum, qui pīj sunt, & solem, & ignem, & aquam adorant, auditis eorum sermonibus, à religione nostra deficiant, & immolare reculent: noctū potius illos audiamus, cum omnes dormiunt & conquiescent, nè quis cognoscat, quæ ab ipsis dicuntur, aut quæ fiunt à nobis. Tunc igitur iudicium intermis-
serunt. Nocte autem, cum magna esset quiete, confidentes, iusserunt sanctum Barachisium adduci: & magno cum silentio eum audiebant. Cumque multa vltro citroque di-
cerentur, & in ea disputatione sanctus Barachisius, diuina sapientia munitus, victor exi-
steret: indignati, iusserunt duas glebas æneas ardentes sub axillas ipsius admoue- Cruciatur
ri, & dixerunt ei: Per regis regum Saborij coronam, abijce alteram è glebis in terram, s. Barachi-
vt intelligamus, te Deum tuum abnegasse. Respondit sanctus Barachisius: Ministri sa-
tana & principes scelerati, per salutem Dei mei, & interitum satanæ patris vestri, non
timeo regem vestrum, & neutram glebarum in terram abijcam, sed utrunque propter
nomen Christi perforam. Quintam vos adiuro per viuentem Deum, vt ad hunc cru- Inuita eius
ciatum maiores alios, si quos habetis, adiungatis. Quis enim ad bellum proficiuntur, & patientia.
in prælium ingreditur, qui non promptus sit mortem oppetere, vt magnam gloriam, &
præmia multa, & locum principi à Rege consequatur? Hæc cum à sancto Barachisio
dicerentur, ingenti dementia vieti Magorum principes, iusserunt plumbum liquefieri,
& in palpebras eius & nares conijci. Rursumque liquefieri plumbum iusserunt, & in
fauces eius & aures infundi, nè audire loquive posset. Post autem ministris illum tradi-
derunt, dicentes: Abducite eum in carcерem, ibique uno pede suspensum includite.

Tunc imperarunt, vt beatus Ionas iterum ad conspectum suum adduceretur. Quo quidem adducto: Quomodo, inquit, se habet corpus tuum: & quomodo noctem illam totam glaciei ac frigori expositus transegisti? Respondit beatus Ionas, & Nihil. Nota re-
lam, inquit, mihi credite, regi Principes, Deus meus, in quo animus meus conquiescit, spōnum admirabile.
noctem vñquam mihi æquè tranquillam largitus est, ex quo me peperit mater mea: nec memini vñquam, ex quo scire potui quid sensus sit, ullam omnino noctem ita mihi quiescentis uuem extitisse. Consolatio enim mihi præstò fuit ex sancto illo ligno, cui

S.Crucis
sanctum li-
gium.

affixus fuit Dominus meus Iesus Christus. His auditis, iniqui Magorum principes dixerunt: Atquì frater tuus Barachisius Deum tuum abnegauit: & tu adhuc in sententia permanes obstinate? Respondit sanctus Ionas: Scio, inquiens, & ego, fratrem meum abnegasse diabolum & omnes angelos eius, seque perfectè Christo Domino addixisse. Nōnne, dixerunt Magorum principes, magis expedit tibi, vt à Deo tuo deficias, quām vt vitam amittas? Respondit sanctus Ionas: O cæci & stulti, quomodo vos esse prudentes iacitatis? Expedite, quæfo, pro vestrâ prudentia veritatem. Non potest homo, qui triticum habet in horreo reconditum, & seruat illud, quanvis & imbre, & niues, & fulmina, & reliqua aëris iniuria vigeant, sibi temperare, quin ipsum triticum sumat, & manibus suis in terram iaciatur, seminans in nomine Domini. Sperat enim ex semine exiguo se messis tempore, Christo fauente, aream repleturum. Quòd si triticum in horreo suo reliquerit, & non seminauerit, deficit, & crescere non poterit. Idem in hominibus licet considerare. Si quis in hoc mundo pro nomine Domini nostri Iesu Christi animam suam perdidere, in nouo mundo, cùm venerit ad eos hominum filios renouandos, qui in ipsum credunt, & voluntatem eius faciunt, renouabit illos in lumine suo, quod nunquam præterit, neque dissoluitur. Eos verò, qui precepta ipsius mandataque negligunt, in ignem coniiciet, qui nunquam extinguitur: neque enim carbones habet ignis ipsum, vt scriptum est, nec lucem habet eorum flamma.

Elegans fi-
militudo.

Hæc ille cùm dixisset, diù Magorum principes obmutuerunt, sermonem ipsius admirati. Postea verò dixerunt ei: Nè erres, Iona, neque scripturas sequaris: multos enim scripturæ decipiunt. Respondit beatus Ionas: &c, Rectè, inquit, dixitis, scripturas decipere: decipiunt enim scripturæ Græcorum. Nec aliud magis homines decipit, quām vita mundi huius. Quisquis autē Christi gustat afflictionem, is nunquam fallitur. Quem admodum enim cùm diues aliquis amicos ad coniuivium vocat, illi, relictis proprijs ædibus, accedunt: sciunt enim se ad latitudinem inuitari: cùm autem discubuerint, ac vinum degustârint, si suave sit, gaudent & largius bibunt, nec postquam ebri facili sunt, domum reuerti possunt: sed eorum domestici apprehendunt illos, domumque deducunt: postridiè autem manè, cùm iam vinum edormierint, & crapulam exhalarint, valde latantur, quòd apud domesticos suos sint: Sic & Christi serui, cùm se à principiis in carcerem vocari sentiunt, se ad certamina & tormenta ire non ignorant. Cùm igitur accesserint, & biberint, & cruciatibus atque amore Christi ebri evaserint, nec familiæ, nec liberorum amplius, nec famæ recordantur: nec aurum, aut argentum, aut quicquam aliud curant: sed reges & principes aspernantur, & Regem vnum expectant magnum Christum: cuius nos milites sumus, in secula seculorum permanentes, cuiusque regnum non præterit, sed manet in æternum.

Item alia.

Luc. i.
Præcidun-
tur Iona
digitii oës.

His auditis, iusserunt Magorum principes, vt sancto Iona, tanquam plura, quām opus esset, locuto, digitii manuum ac pedum præciderentur. Quod quidem ministri cùm efficerent, amputatos digitos in conspectu ipsius projicientes, dixerūt: Eccè nunc quomodo digitos tuos in terra disseminauimus. Expecta igitur, & cùm messis tempus aduenierit, aderunt tibi multi digitii. Respondit sanctus Ionas: Ego digitorum & manuum non egeo multitudine. Deus, à quo factus sum, me in ea renouatione, quam in nobis est effecturus, ipse renouabit. Audientes hæc Magorum principes, iracundia pleni, iusserunt picem in magno vase liquefieri, & caput eius à ministris abradi, tum ipsum sanctum in sarcum ita coniici, vt caput extaret. Fecerunt iniqui ministri quod fuerat imperatum, & sancti viri cutem capitii ac linguam in vas pice plenum immiserunt: deinde totum etiam ipsum sanctum, in picem in medio vase vehementissimè astuantis, coniecerunt. Verùm sancto Iona in vas coniecto, statim tota pix è vase defluit, ita vt eum non attingeret, nec vlla in parte laderet. Rem mirabilem ac nouam admirati homines impij, & videntes virum sanctum nullum ex tanto tormento damnum accepisse, cochleam afferri iusserunt, & in ea sanctum ponit, vehementerque comprimi ac dissecari. Fecerunt ministri imperata, ipsumque in cochlea compresserunt, & omnia illius ossa confregerunt, deinde ipsum medium dissecuerunt. Cùm autem dissecatus esset, impetrarunt impij Magorum principes, vt corpus eius in lacum profundissimum coniicerent, ac diligenter obseruarent. Atque ita factum est.

Miraculum

Immanifi-
ma suppli-
cia.

Sancto igitur Iona martyrij coronam assecuto, iusserunt rursùm ad quæstionem sanctum Barachisium adduci: atque ita eum allocuti sunt: Parce membris tuis, Barachisi, & noli intempestiuè te ipsum perdere. Respondit eis vir sanctus: Neque ego, inquiens, me ipsum formaui, neque perdam. Dominus, à quo factus sum, me virtute sua reno-

renouabit, cripietque me è manibus vestris, & è manibus Principis vestri nequissimi, qui opificem suum Deum non agnoscit, sed diaboli voluntatem defendit studetque perficere. Hęc cū à sancto dicitur essent, duo ex Magorum principibus Masdrath & Se-roth, ad Maarenensem conuersi: Nos, inquiunt, regem regum Saborium afficimus ignominia. Iste enim errore suo confisi, neminem verentur. Ita locuti, ardentes ira vul-tus suos ad beatum Barachisium conuerterunt, iussuruntque ipsum in spinas conijci, deinde arundines afferri, findique medias, & sancti viri carni admoueri, tum funiculο Nota plu-
tenui ipsum circuinisci atque comprimi, donēc arundines in carnem penetrarent: quām bel-
lūnam crudi-
lūnam cru-
deilitatem,

pōst autem imperarunt, vt arundines extrahererent, vt eius carnes dilacerarent. Sic
igitur fecerunt ministri, & carnes ipsius dilaniarunt. Tunc in cochleam, in qua sanctus
Ionas secessus fuerat, iniici iussurunt impii, atque ibi omnia ossa eius perfringi. Quæ cū
essent confracta, Magorum principes ministri imperarunt, vt in fauces ipsius picem
ardentem conijcerent. Atque ita beatus Barachisius animam reddidit, & ad sanctorum
martyrum numerum ascriptus est.

Cū autem vir quidam pietate insignis, nomine Abdissoras, sanctos Ionam & Bara-chisium martyrio coronatos intellexisset, accessit, & sanctorum tabernacula quingen-
tis miliaris Darcis, & tribus vestimentis Sericis emit ab ijs, à quibus seruabantur. Ne-
que verò sola sanctorum Ionae & Barachisij corpora mercatus est, sed illorum etiam,
qui ante ipsos martyrum pertulerant. Iurauit autem emptor, neminem è principibus
resciturum, custodes sanctorum corpora vendidisse: dixitque se illorum, qui martyrio
essent affecti, veterem amicum esse. Custodes enim iusurandum exegerant, veriti, nè, si
res ad principum aures peruenisset, in aliquid periculum in ciderent. Sanctorum, qui
martyrij palmam tulerunt, nomina haec sunt, vt superius diximus, Ionas & Barachis-i-
us, Zanitas, Lazarus, Marothas, Neres, Elias, Mares, Abibus, Sembeethes & Sabas. vn-
decim hi pugiles, gloriose Martyres, ad finem vique pro Christo decertarunt, passi-
que sunt le varijs cruciatuum generibus torqueri, vt in Christi fide constantes appare-
rent, & præclarum virtutis specimen & exemplum ac formam posteris relinquerent.
Hi sancti beatissimi & Christi milites inuitati, strenue pro Duce suo pugnantes, & victo-
riam de Christi hostibus reportantes, stolam lucis induiti sunt, & incorruptam ab ipso
gloriae coronam obtinuerunt: & nos omnes corum precibus & supplicationibus apud
Deum adiuuamur.

Interfecti sunt nouem ex ijs Christi Martyribus VI. Cal. Aprilis, reliqui autem duo
III. Calend. eiusdem mensis. Hanc autem sanctorum Martyrum historiam conscripsit
Efas Adami filius, qui cū eques esset Regis Persarum Saborij, & cum Magorum prin Author hu-
cipibus, vt auditor tantum & spectator eorum, quæ siebant, interesset, atque ita omnia ius historię,
que in hoc certamine contigerunt, ab initio ad finem usque audisset ac perspexisset, ea
ad omnium ædificationem atque utilitatem & salutem, literarum monumentis man-
davit, vt tales pro Christo virtutem omnes studeant imitari: Cui gloria & imperium
in secula seculorum, Amen.

VITA S. EVSTACHII ABBATIS LVXOVIENSIS,

QVEM ALII EVSTASIVM VOCANT, AVTHORE IONA

Scoto, eius discipulo: sed stylus obscurior, & aſterior, plerisque locis in grati-
am lectoris modice mutatus est per F. Laur. Surium.

CAPVT I.

Venerabilis Eustachij Abbatis Luxouiensis monasterij scri-
pturus vitam, habitorem eius inuoco spiritum sanctum,
vt qui illi virtutes largitus est, mihi ad narrandas eas fer-
monem tribuat, vt facta dictis exæquentur. Sub Mauritio
& Phoca Imperatoribus, quo tempore Romana Ecclesiæ
pontifex Gregorius clarus habebatur, necnon & Clorari-
us Chilperici filius, strenue Francos regebat, religiosissimi
exitere viri, discipuli almi patris Columbani, Attrala & Eu-
stachius. quorum prior in Bobiensi, alter in Luxouensi
conobio, eius successores fuere, & magistri instituta suis
alumnis seruanda tradiderunt. In principio autem narrati-
onis nostra, exemplum bonorum omnium sumamus Eustachium, qui sufficit religio-

Pp 3 fas

Attrala &
Eustachius
discipuli S.
Columbani

fas ac Deo deuotas mentes, ad appetenda virtutum culmina erigere, & ad perfectionis comprehendenda fastigia incitare. Cum ergo venerabilis pater Columbanus vicesimo ab eremi inhabitatione anno Luxonium reliquisset, in eo monasterio venerandus pater Eustachius illi suffectus est: cuius post magistrum virtutes clarè fulserunt. Et is quidem ex Burgundionum gente ortus, nobilis fuit genere, sed nobilior sanctitate, sui magistri vestigijs insistens. Ad eius famam vnde confluabant non pauci, & se religionis cultui mancipabant, ita ut non parua monachorum congregatione adunata, cum sexcentis ferè monachis illic degere videretur in Dei laudibus: qui vno regulæ sive canonis monastici spiritu superna inspiratione imbuti, laudes omnipotenti Deo pio exhibebant famulatu. Porro ille pater venerabilis multa erat abstinentia & multarum vigiliarum, quotidiano ieunio corpus macerans: orandi etiam erat ei assiduitas magna die ac nocte. Nec aberat ab eo sollicitudo omnium ecclesiarum, interueniendi etiam magna assiduitas & constantia. In rebus quoquè diuinis implendis erat fortissimus, sollicitus quoquè pro pauperibus & peregrinis. Gaudebat cum gaudentibus, flebat cum flentibus. Nam quoties illi aliquis ob recipiendam poenitentiam lapsus suos esset confessus, ita flebat, ut & illum flere compelleret. Causas autem criminum, quas illi confitebatur, nulli, nisi Domino soli, apud quem intercedebat, loquebatur: bonum relinquens exemplum posteris sacerdotibus, ut intercessores apud Deum magis sint, quam accutores apud homines. Nam & secundum Apostolum, circa huiusmodi hominem confirmanda caritas est: quia ipse suū accusator est, nec expectat accusatorem, sed præuenit, ut confitendo suum abluat delictum. Humiliat etiam animam suam, sicut David factus: qui postquam audiuit à Prophetā, Dimissum est peccatum tuum, humilior factus est in emendatione peccati, ita ut cinerem sicut panem manducaret, & potum suum cum fletu misceret. Erat quoquè vir sanctus temperatus in omnibus, discretione præcius: redundabat erga illum timor & amor in subditis, redolebat doctrina in discipulis, labentia cuncta eius animo subtererant. Nullus apud eum vel in oratione premebatur, vel immo dica latitia efferebatur. Nec operam declinabat scribendi propria manu libros, nisi cum aliqua infirmitate corpus eius detineretur. Erat autem ei visitata exhortatio ad discipulos suos, ut essent memores sanctorum patrum, qui per mortificationem carnis & contemptum praesentis vitae, regna celorum adepti sunt. Quapropter fratres mei, inquit, optimum in iustis certamen: magis vero ac magis fatigite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Monachorum autem opus illud est præcipuum, ut orationem puram offerant Deo, nihil habentes in conscientia reprehensibile, & memores illius, quod Dominus dicit in Euangeliō: Cum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, ut & pater vester, qui in causa est, dimittat vobis peccata vestra. Quod si vos non dimiseritis, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.

C A P. II.

Interea memoratus rex Clotarius viri Dei Columbani prophetiam suos in se effectus habuisse cernens, venerabilem patrem Eustachium, qui eius loco Luxoniense monasterium regebat, ad se accersiuit: eumque ad se venientem pie admordum obsecrauit, ut ipsius nomine vellet ad beatum Columbanum legatione fungi, adiunctis sibi, quos vellet, nobilibus viris, & quo cunque eum reperiret loco, efficaci oratione ei persuaderet, ut ad ipsum accedere dignaretur. Auditio rege, venerabilis discipulus ad iter se accingit, magistri vestigia persecutus. Cumq; ad eum venisset, Clotarij regis mandata ei exposuit. Viso Eustachio, latitus beatus Columbanus, gratulatur sibi redeundi oblatam facultatem, rerinet aliquandiū apud se Eustachium, hortatur eum memorem esse laborum suorum, coetum fratrum disciplina habenis moderari, multis in eorum sodalitatē affiscere, suisque imbuere institutis. Dimissum post hec, ad Clotarium remeare iubet, taliaque ad regias aures perfere responfa, sibi aquum non videri ut reuertatur: hoc solū orare, ut fodales suos, qui Luxouiene in habitarent monasterium, regali adiutorio & præsidio fouveret: addidit etiam literas ad regem castigationis plenas. Fuere ex regi munus gratissimum, easque ceu pignus quoddam foderis viri Dei accepit latuſ & ouans: nec obliuioni tradidit preces eius, sed omni præsidio iam dictum monasterium munire studuit, annuis ditare censibus, fines eius vnde diquè pro voluntate venerabilis Eustachij dilatare: denique ob viri Dei amorem, eius incolas omni ope & benevolentia prosequi.

C A P.

Eustachius
it legatus
ad S. Colu-
banum.

Clotarius
rex eius fo-
uer mona-
sterium.

CAP. III.

Porrò venerabilis pater Eustachius ex Italia à beato Columbano, vt iam diximus, reterfus, paterno affectu & æquo iure subditas monachorum regebat cateruas. Contigit autem eum pro communi necessitate ire ad Clotarium regem, qui eo tempore in extremis Gallia finibus & in locis maritimis morabatur. Iter autem habuit Eustachius per saltum quandam pagumque Briegium, peruenitque ad villam Chagnerici, vbì dudum eius magister aliquandiu moratus fuerat. Villa ea Pipimiscum dicebatur, distans ab urbe Miledorensi duobus plus minus miliaribus. Ibi tum Chagnericus cum coniuge sua Landegunda, benè Christiana & sanæ mentis foemina, degebat: cuius filium Magnoaldum apud se habebat. Viso autem Eustachio, Chagnericus cum ingenti gaudio eum exceptit. Erat autem cum patre & m^atre filia Burgundofora, quam B. Columbanus Domino consecraverat. <sup>B. Burgudo-
fora virgo
Deo sacra</sup> Eam verò pater inuitam & planè recusantem cùm despōnsasset cuidam, & nuptijs tradere vellet, dolore oculorum correpta, & tanto febrium igne succensa est, vt vix iam superis redi posse crederetur. Iam supremum illa trahente spiritum, beatus Eustachius patrem eius increpauit, dicens suā noxā esse, quòd ea tantis cruciaretur poenis, quandoquidem Columbani viri Dei interdictum violare attentasset. Tum ille dissimulans, Vtinam, inquit, sospitati reddatur, & diuinis tradatur obsequijs: ego talibus votis obstare non debebo. Accedit indē Eustachius pater ad lectum puellæ, sciscitur si suo assensu contra beati Columbani interdictum, post vota cælestia rursus iteraret terrena. At puella testabatur se talibus votis nunquam paruisse, vt terrenis cælestia commutaret, sed paratam fuisse & eſſe beati viri parere præconijs: seque ait præterita nocte vidisse simili figura virum, qua ipſe eſſet, qui oculorum lumen ei redderet. vocemque simul audisse dicentem: Quodecumque tibi vir iste dixerit, fac, & sanaberis. Infer ergò auribus meis, quæ mihi sunt custodienda, & tuis orationibus pelle dolorem à Domino illatum. Prostratus itaque humili cum lachrymis venerandus pater, Domini postulat, vt munus promissum largiatur: surgensque, crucem supra oculos exprimit, & manu oculos palpans, Domini auxilium implorat. Protinus salus secu- <sup>Signo Cru-
cis restituit
vism.</sup>

ta est, lumen redditur, febrium ignis fugatur, redditamque sospitati matri commendat, donèc à Clotario reuersus, religiosis eam vestibus induat. Cernens autem pater sospitati filiam redditam, rursus insit ut sponso tradatur, pollicitatio- nis pristinæ cœca obliuione immemor. Quo puella comperto, cum vna è sodali- bus de fuga ineunda pertractat: eaque ascensum prebente, felici fuga clām elapsæ, ad beati Petri Apostolorum principis basilicam peruenierunt. Quod ut pater rescinuit, post eas furibundus pueros dirigit, iubetque ut appræhensam filiam crudeliter peri- mant. Pergentes pueri, sinibus ecclesiæ puellam receptam reperiunt. Paulipèr au- tem morati, dum parentis ira frangeretur, puellæ mortis periculum minantur. At il- <sup>Burgundo-
la: Si, inquit, mortem me formidare putatis, in hoc ecclesiæ paumento probate. Ob foræ con-
stantia.</sup>

talem etenim causam ouans mortem excipio propter illum, qui pro me non dedigna- tuis est mori. Interēa peracta legatione sua Eustachius pater remeat, puellam custodia liberat, patrem terribiliter increpat, religionis vestem per pontificem urbis illius Gun- ^{Habitū mo-}

ergò, Vuarascis prædicat, quorum alij idololatricis cultibus, alij Photini, aliij Bononi errore contaminati erant. His ad fidem conuersis, ad Boios, qui nunc Baioarij vocantur, tendit: cisque multo labore imbutis, ac fidei lineamento correctis, plurimos eorum ad fidem conuerterit. Vbi cùm aliquantispēr moratus fuisset, dimisit sagaces viros, qui in coepi laboris studio desiderarent: ipse verò ad Luxouium remeare studet. Cùm ergò iter carperet, venit ad quandam virum nomine Gundoniu, qui eo tempore ad villam, quam Mosam vocant ab amne eo in loco fluente, morabatur. Cumque is vidisset Eustachium, velut gratissimum munus ouans do-

marabatur. Cumque is vidisset Eustachium, velut gratissimum munus ouans do-

CAP. IV.

Reversus indē venerabilis vir Eustachius ad Luxouium, magistri præ- ptum implere parat, vt gentes vicinæ pabulo fidei alerentur. Progressus ^{S. Eustachi⁹} ergò, Vuarascis prædicat, quorum alij idololatricis cultibus, alij Photini, aliij Bononi errore contaminati erant. His ad fidem conuersis, ad Boios, qui nunc Baioarij vocantur, tendit: cisque multo labore imbutis, ac fidei lineamento correctis, plurimos eorum ad fidem conuerterit. Vbi cùm aliquantispēr moratus fuisset, dimisit sagaces viros, qui in coepi laboris studio desiderarent: ipse verò ad Luxouium remeare studet. Cùm ergò iter carperet, venit ad quandam virum nomine Gundoniu, qui eo tempore ad villam, quam Mosam vocant ab amne eo in loco fluente, morabatur. Cumque is vidisset Eustachium, velut gratissimum munus ouans do-

mī recepit. Ingressus autem Eustachius in domum, p̄missa benedictione, poscit ut liberos, quos habeat, repräsentet. Ille obediens, duos bonā indolis filios präsentat. At vir sanctus, Est' ne, inquit, tibi adhuc proles? Ille facetur: prater vnam filiam luminibus orbatam, nomine * Salebergam, se amplius non habere. Veniat, inquit, illa. Quā cūm vidisset, sciscitatus est ex ea, vtrum iuuenilis animus ad cultum diuini timoris adspiceret. Tum illa assātū vt tenera quinuitātas, respondit fē paratam esse sacris obtemperare p̄conis. Suscepit ergō vir sanctus laborem, biduano corpus ieiunio affecit, mentem fide arnauit, super oculos benedictionis oleum effudit, meruitq; tandem per eius interuentum cæcitas obtinere lumen. Redintegravit diuina pietas ad preces famuli sui, luminis dama, vt recepto lumine, post diuina munera vberius ad timoris Dei cultum adspiraret. Et ea quidem nuncusquè supereft, & diuinis obsequijs dedita, non solum suā vtilitatī, sed & alijs prouidet opportuna. Cumq; vir Dei progressus indē, coptum iter perageret, quandam fratrem Agilum nomine, qui modo Respacēsis coenobij p̄fūl existit, quemque tum vehemens febrium ignis excoxit, manu tetigit, interuentuque orationum suarum pristinæ sospitati ilicō restituit. Deindē peruenit ad supradictum coenobium, ibique tam fratres interiūs, quām vicinos populos ad Christianum vigorem excitare studet, multosq; eorum ad p̄nitentia medicamenta pertrahit. Fuit autem hoc illi studio, vt multis sua facundia erudiret: & quidem complures ex eis postea ecclesiarum p̄fules extiterunt: Chagnoaldus Lugduni, Acharius Vironandorum & Nouiomensis ac Tornacensis episcopus, Rachnacarius Augustoduni & Basileæ, Audemarus Bononiae & Taraonensis oppidi.

C A P. V.

CVMQUE iam haberetur omnibus gratis B. Eustachius, ita vt nullus se beatum Columbanum perdidisse gemeret, qui eius doctrinis imbutus fuisset, p̄fertim cūm cernerent in discipulo magistri instituta manere: cūm, inquam, ijs omnibus charus esset, & omnium quoquè Franciæ procerum studio & honore fulciretur, atque Clotarij regis amore & veneratione clueret, exarsit more suo liuidus aduersus sanctorum famam chelydrus, excitatq; ē sinibus matris nonum Chelydrus, est genus ser pentis, fed hic demonē significat. Cain, qui fratrem velit zelo extinguere: vel etiam nouum proditorem, qui magistri dicta scinderet, & collidendo solida, ad fragiles turbarum auras fragilem mentem accommodaret. Excitat vnum ē subditis, Agrestium nomine, qui quondam Theodori regis notarius fuerat, & quadam cordis compunctione tactus, omnia, quā possederat, relinquens & ad Luxouium veniens, se & sua omnia supradicto patri tradiderat. Is etgō, vt cuncta replicem, religioni speciem in monasterio gestans, p̄st licentiam postulat, vt gentium esse p̄fector permitteretur. At vir sanctus illum diū obiurgans increpat, ait illum se nō debere ad tale opus idoneum vel dignum, quippe nū adhuc in religione, putare: omnibus ecclesiasticis ornamentiis decoratum esse oportere, qui ad tantum opus satis aptus censeatur. Commemorat ei Ieremiam, qū licet Domini electione missus, tamen se dignum negauerit, dicens: A, a, a, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Moysen quoquè adducit electum à Domino, & tamen linguæ causantem tarditatem. Sed cūm his rationibus nihil proficeret, quem tenere non valet, abire finit. Qui vbi ad Baioarios peruenit, ibi paululum moratus, nullum fructum attulit: sed velut alta platanus, garrula verborum folia tremulus quatens ad auras, fructus copiam nesciuit. Deindē Aquileiam proficiuntur. Porro Aquileenses tum descierant à communione sedis Apostolice, de qua Dominus in Euangeliō ad beatum Petrum Apostolorum principem loquitur: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiā meā, & portæ inferi non p̄ualebunt aduersus eam. Descierant autem ob trium capitulorum dissensionem, vndē discordiæ incrementa diurna manārunt, quod p̄fensi operi non necesse est insérere. Veniens igitur Agrestius Aquileiam, socius statim schismatis effectus, à Romanæ sedis communione se iunctus ac separatus est, totius orbis communionem, quicunque Romanæ sedi iungentur, damnans, in sola Aquileia orthodoxam fidem retineri contendens. Hoc ergo schismatis imbutus, epistolam venenosam, increpationibus plenam, ad beatum Attalam per Aureum, Adalualdi regis Longobardorū notarium, dirigit. Quā beatus Attala perlectam & ridiculō habitam, mihi tradidit seruandam: & ego quidem per multorum annorum spatio illam abditam habui, sed postea mea negligentia perdidī: nec quiuis vtiq; alias illam, sed ipse proprio stylo scripserat. Missa autem ad beatum Attalam epistola, ipse ad Luxouium properat, deindē beatū Eustachiū schismatis

* Adesber-gam,
* Sadalber-gam,

Cæca lumē recipit.

Febris pel-litur.

Ex mona-chis multi-episcopi.

Ierem. 1.

Exod. 3.

Matth. 16.

Nota stulti-tiam schi-smatici.

ticeis tentat aculeis, si sanam eius mentem sua vesania cortumpere queat. Quod vt vir venerandus comperit, diu paternis alloquijs errantem monet: sed postquam salutaribus monitis & salubri antidoto mentem peste corruptam curare nequiuat, a suo ac suorum contubernio eum segregauit. Refutatus ergo a B. Eustachio, huc illucque vagatur, vt nonnullos sua sententia fautores possit efficere. Sed cum prae imperitia nihil posset obtinere, beati Columbani regulam sibi carpensam sumpsit, multa aduersus Agrestius carpi Regu lam S. Co similes murmur excitauit, annuente illi Abeleno,* Genuensis urbis episcopo, qui illi sanguinis coniunctione proximus erat. Et is quidem Abelenus vicinos episcopos in Agrestij subsidium omni studio sensim sibi iungere nitebatur, ita vt ipsum quoque regem Clotarium tentarent, num ipsorum parti eset assensum praebiturus. At ille sciens Clotarij re & experimento cognitam habens beati Columbani sanctitatem, & discipulorum eius gis prudenciam, primò suis eos studuit responsis redarguere: sed cum nihil proficeret, stauit ut synodali examine regula probaretur, nihil ambigens de beati Eustachij autoritate & doctrina, quin omnes aduersantes sancte regulæ prudentia & facundia sua, administrante ei spiritu sancto, facile superaret. Emanante ergo regia iussione, multi Burgundionum episcopi in suburbio Matisconensis oppidi conueniunt: inter quos Maximus residet. Tretetus episcopus, propter quem precipue synodum fieri v. Synodus Matiso nensis. gebat Vuarnacharius beati Eustachij inimicus. Sed praelauuit beati Eustachij deprecatio, vt qui fautor & patronus fieri voluit miseræ intentionis, is correptus a Domino, omnium vires frangeret. Nam præfixo & statuto die, quo aduersus Eustachium alteratio futura erat, ipse morte præuentus interiit. Fractis ergo in illo Agrestiana partis viribus, turbantur, scificituntur omnes ex Agrestio, quænam aduersus regulæ beati Columbani vel venerabilem Eustachium obijceret. Tum ille trementibus labijs, nihil auctoratis aut elucubrati eloquij habens, ait, superflua quædam & a canonica constitutio ne aliena, ab eius regulæ professoribus pari studio obseruari. Cumque illi vrgerent, ut ea expromeret, tandem crimina recitat, nempe ipsos sua regulæ habere cochleam, Nota ridiculam culas Agrestij intra coenobium, tam ab introeunte quam egrediente, benedictionem postulari. Iti contra monachos obiectiones Sed cum illi nihil dignum synodali discussione obijci cerneret, Alia, inquiunt, si quæ habet, opponat. Prorumpit ille, aitque se scire Columbanum a ceterorum more discrepare, & ipsa Misericordia solennia multiplicatione orationum vel collectarum celebrare, & multa alia superflua: quæ cum authore tamen hæreticas traditiones voluit ut Synodus excraretur. Ut vero audiuit beatus Eustachius hæreticos dici se suosq; vnâ cum magistro Columbano, dixit ad Synodum: Vos, o decus sacerdotij, probare debetis, quinam in ecclesijs veritatis ac iustitiae seminaria constituent, & quia veritate & vera religione aliena tradant. Quicquid enim à norma veri trahit, dissentit, extra Ecclesiam corpus haberi debet. Veilrum est discernere obiecta, an fint à scripturarum serie aliena. Aliunt illi: Ex tuo ore nōs volumus, quod his responsum reddas. At ille: Nequaquam, inquit, reor ego contrarium esse religioni, cochleam, quam Christianus lambit, ad calumnias Agrestij vel quocunque vas aut poculum, crucis signo muniri, cum per aduentum signi Domini pellatur pestis aduersantis inimici. Introeuntem verò monachum cellulam vel excutient benedictione Domini armari, ratum duco iuxta illam Psalmistæ vocem: Do. Psal. 120. Eustachij ad calumnias Agrestij responsa.

minus custodit te ab omni malo, custodiat animam tuam Dominus. Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum ex hoc nunc & usque in seculum: & licet hoc ad vnumquaque Christianum possit referri, vt gratia baptismi per fidem in Ecclesiam inveneretur, & usque ad finem perseverantie vigore firmetur: tamen ad quotidianum motum siue in ingressu, siue egressu vel progressu vnumquaque nostrum signo crucis muniri, vel benedictione sodalium roborari, fas duco. Multiplicationem vero orationum in sacris officijs, credo ego omnibus ecclesijs proficere. Quanto enim plus Dominus queritur, tanto plus inuenitur: & cum crebrius oratione pulsatur, ad misericordium petentibus citius excitatur. Nihil enim magis desiderare debemus, quam orationi incumbere. Sic enim ipse Dominus in Apostolis nos hortatur: Vigilate & orate, Matth. 26. nè intretis in tentationem. Sic & Apostolus sine intermissione orare nos docet. Denique omnis sacra scriptura ad Deum clamare nos iubet. Qui enim clamare neglit, tanquam à Christi membris neglegetus & praecisus, abiicitur. Nihil enim ram vile tamque salutare, quam creatorem multiplicatione precum & orationū assiduitate pulsare. His & consumilibus responsis confusus Agrestius, addit garrulitatis noxā, calumniatur capitatis

capitis comam aliter tonderi, aliter characterem exprimi, & ab omnium recepto more descisci. Cum sic ille friuola garrire, sagax Eustachius, vt erat virtute patientie & scientie insignis, respondit: In horum præsentia sacerdotum te ego eius discipulus & successor, cuius tu disciplinam & instituta damnas, ad diuinū iudicium cum illo intra præsentis anni circulum disceptaturū invito, vt iusti iudicis examen sentias, cuius famulum tuis obtestationibus maculare conaris. His dictis, metus quo sfdam partis Agrestianæ perculit, hortanturque omnes, vt pacis nexus corda iungantur, & ille quidem à prelumpa temeritatis audacia desisteret, hic verò paterno affectu pijs correptionibus laborem fouveret. Respondet B. Eustachius: Veitris ego precibus libens satisfacerem, si misera mens duritiam vecordiae abiiceret, & correctis cauterio morbis, vel antidoto curatis visceribus, redux ad sana consilia se recipere niteretur. Tum verò cogētibus cunctis, Agrestius simulatam pacem postulat, vt postea factis declarauit. Eustachius miti ete pacē pettit ab Eusta animo, & mente virtutum conscientia, suasione poscentiū flexus, pacem tribuit, osculum porrigit. Agrestius interim manifestam vesaniam metu verecundiaē continuit, non tam à malis penitū recessit.

C A P . VI.

COEpit nanque postea tentare monasteria, & sub specie discipuli, precium præditionis taxare. Venit verò ad quēdam virum venerabilem Romaricum, qui primæ nobilitatis fuerat apud Theodebertum regem, porrò beati Columbani exemplo & Eustachij prædicatione permotus, in Luxouensi cœnobio monasticis institutis se subdiderat. Cum autem diu sub regulari tenore vitam ageret, post, Eustachio annuente, puellarum monasterium in fundo suo extruxit, in quo etiam regulam beati Columbani custodiendam indidit. Cumque iam multa religione polleret, ad eum Agrestius pergit, se subditum atque obedientem simulat, simulque Amatum, quem ibi Eustachius ob imbuendam regulam præfecrat, molibus suggestionibus tentat. Eo nanque tempore pro quibusdam rebus neglegētis tam

Nota insidias Agrestij schismatici.
Iob 26.

Amatus quām Romaricus, ab Eustachio obiurgati fuerant. Laſos ergò vt sensit, vt facilius exasperatas mentes suis assertionibus iungeret, quibusdam adhibitis stimulis id paulatim nitebatur, vt venenata verba sana mentes reciperent, & sic in contemptum regulæ beati Columbani propriam vesaniam propagaret. Pròh dolor, exitibili suafione ac letifera suggestione insanus ille sana maculauit. Nam abiectis institutis pristinis, rudibus plebem doctrinis instruere illi conati sunt: & educto iam ante, iuxta B. Iob, colubro tortuosō manu obstetricante diuina, rursùm zelum inuidiæ admittere non metuunt. Deinde ad Burgundoforam dirigit iter Agrestius, vt eam quoquè suis simulationibus, si posset, macularet. At Christi virgo cum non foemineo more, sed virili planè responsione confudit. Num tu, inquit, confutator veritatis & nouorum introductor argumentorum, ea causā huc venisti, vt veneno tuo dulcia mella misceres, & vitalia alimenta letali amaritudine commutares? Illis tu detrahis, quorum ego virtutes experta agnoui, quorum doctrinam salubrem recepi, ex quorum eruditione multos cœlestia regna penetrâss̄ comperi? Meminisse te velim illius Esaie: Vx qui dicit malum bonum, & bonum malum. Acceleras, & prorsus ab hac vesania festinus recede. Confutatus ille his Christi famulæ responsis, rursùm ad Romaricum & Amatum repedat, vt cooptam deceptionis rugam foueat & cōtrahat. Sed non defuit vltio diuina.

Cum enim ad hociam omnes adipirarent, vt contemptui pristinorū documentorum subscriberent, & assensores se præberent: primū lupi rabie exagitati, duos ex huius assertioñis fautoribus, per intempestam noctem intra septa irrumpentes, morsibus lanūrunt, atque ipsos quoquè rabie compræhensos, miserabiliter morti tradiderūt. Allum quendam* Plareum, qui ad hunc discordiæ somitem vehementer adipirabat, damnacius furor peruersit, atq; ignobiliter neci dedit. nam propria manu ipse se laqueo suspendit. Sed cum hæc vltio neqdū corrigeret delinquentes, protinus maior secuta est. Nam subito fulgur lapsum è cælo magno fragore percudit locum, ecclesiam pernagatur, regumenta subuertit, plebem vrit & exanimat, scilicet vt præfens correctio illi, quæ nimia simplicitate præueniente, calliditate euersa, ignauæ persuasiōni assentum præbuerat, monstraret futuram debere iram fugere. Mortui ad præfens sunt vñque ad viginti. Deinde metu perculsus paulatim mors rapuit, vt ex ea vltione, vt aiunt, amplius quām quinquaginta extincti sint: authore quidem criminis ad pœnitentiam reseruato, vt si agnoscat & redeat, proculdubio sanitatem recipiat. Nullum etenim Dominus perire desiderat, sed semper quanvis graibus delictis obrutum, vt per pœnitentię

Burgundo-
fora egre-
giè cōfutar
Agrestium.
Esa. 5.

En vltione
terribilē in
calumniato
res regula
S. Colum-
bani.
*Plareum

DE S. EVSTACHIO ABBATE LVXOVIEN.

455

nitentiae fomenta resipiscat, expectat. Sed cum ille sepius sibi datum pœnitentia lo-
cum non agnoscet, ut B. Eustachij sententia, ad diuinum iudicium ipsum vocantis,
praualeret, ante triginta dierum circulum, priusquam vertentis anni meta complere-
tur, a seruo suo, quem ipse redemerat, securi percussus, interiit. Occasio criminis dice-
batur, vxoris permixtio. Quod quanvis multi dixerint, & pro vero afferere voluerint,
nostrum tamen affirmare non est. Cuncta enim, iuxta Salomonem, adducet Deus in Ecces 12.
iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum: & secundum Apostolum, Vni-
uscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Hoc tamen nobis dicendum est, iustum eum
sententiam diuini iudicij ferire non distulisse, vt & assentatores siue asseclas eius cessare
a lacerationibus famulorum Dei admoneret, & ille per contumaciam admissa scelera
merita vltione lueret. Amatus vero & Romaricus venerabilis Eustachij indulgentiam Amatus &
postulantes, recepti sunt, & submota desidia, eius gratia fruuntur. Porro Abelenus & Romaricus
caeteri Galliarum episcopi post ad roboranda Columbani instituta adspirant: & multi S. Eustachio
iam, amore beati Columbani & eius regulæ, monasteria construunt, fratres adunant,
greges Christi congregant. Inter quos fuit illustris vir Eligius, qui modo Viromanden- Construun-
si ecclesia pontifex preeft. Qui cum adhuc superfit, non meo iudicio fulciendus est, ne tur multa
adulationis insimuler. Is verò apud Lemonicensem vrbem monasterium nobile super cenobia S.
fluum Vincennam, Solenniacum nomine, extruxit, distans ab ea vrbte millibus qua-
tuor, & alia multa ijsdem locis cenobia. Sed & Parisijs puellarum monasterium, quod
regio munere accepérat, ædificat, cui Christi virginem Auream pafecit. In Bituricensi
verò vrbē puellarum monasterium secundum beati Columbani regulam Bertrada
nobilis genere & religione fœmina, construxit. In suburbio Bituricensi vir venerabilis
Theodulphus, cognomento Babelenus, monasteria ex regula beati Columbani, reli-
gione omni pollutia extruxit: Primum in insula super fluum Milmandram, vbi reli-
giōrum virorum adunauit catervam: Aliud Gaudiacum nomine, haud procūl à flu-
vio Alberto: Tertium Christi virginum in loco, dicto Carantonio, super fluum iam
dictum Milmandram. Item aliud Christi virginum iuxta Niuernense oppidum sub ea-
dem regula construxit. Iam verò beatus Eustachius, has adeptus victorias, corrigere
delinquentes studet, ac siue paci eos, qui remanerant, adunare constituit. Porro mo-
nachorum, sub eius obedientia degentium in sapientia monasterio ingens creuerat
multitudo, vt iam multa per vicina loca cenobia construerentur, quæ eius successor
B. Valdebertus firmauit atque ædificauit.

CAP. VII.

DEnique beatum ex hac vita præstolans exitum, omni intentione ad contem-
planda scripturæ diuinae mysteria, siue, vt author loquitur, mysticorum præ-
coniorum documenta desudat, solique Deo mente intenta preces fundens
dirigit. Cumq[ue] iam per multorum circumlocutum annorum hoc in opere inten-
tus vacaret, aduenit tempus vocationis, ferturque sententia iusti iudicis, vt quod minus
annorum circuli, diuersis afflictionibus peracti, purgauerant, paucorum corporis in-
firmitas dierum sanaret: interrogatusque inter poenæ incendia sub visione nocturna,
si quadraginta dierum spatio leuiori poena cruciatu velit, aut triginta feruentiori in-
cendio purgatus, vitam beatam funetus, celos penetrare, ille respondit: melius esse,
quam duris breui tempore subiacere flagellis, quam poenæ leuioribus prolixius con-
sumi. Tuit ergo prouisam atque electam corporis poenam, & die tricesimo omnibus
valedicens, triste remanentibus nuncium deponit, suum exitum eadem die esse fu-
turum. Deinde sumpto viatico, animam cælo reddidit, ardensque desiderium
superis, & paternum regimen viuentibus religionisque exempla relin-
quens, ipse parta victoria, calorum regna penetrauit, duce
Christo, cui est virtus & honor per omnia se-
culorum, Amen.

DE S. QVIRINO tribuno & martyre habetur in Gestis Alexandri
Papæ & martyris, Tomo 3. Maij die 3.

Visio obla-
ta sancto
viro.

Eucharistia
munitus
obit.

VITA